


 CLASSIS QUARTA.

*De Rob, Conditis, Conseruis,  
& Tragematis.*

Parantur hæc eodem modo.

*Rob. Berberorum,  
Cerasorum nigror.  
rubror.  
Ribesiorum &c.*

**R.** *Succi cuiusvis recentet expressi lib. II.  
Sacchari albissimi depurati lib. I.  
Coquantur lento igne in vase fictili donec  
Gelatinæ consistentiam acquirant.*

*Rob Cydoniorum.*

**R.** *Succi Cydoniorum depurati lib. XII.  
Coque in vase fictili lento igne ad remanentiam lib. IV. tum adde  
Sacchari albissimi depurati lib. IV.  
Et repetitâ cocturâ, f. Rob f. a.*

*Rob Sambuci.*

**R.** *Succi Baccar. Sambuci maturarum q. v.  
Inspissetur sensim in vase fictili igne lento,  
addendo pro quaque librâ succi  
Sacchari Unc. III.*

*Eodem modo paratur Rob Ebulinum, Juniperi, & Veronica, nisi quod in hoc postremo sacchari & succi tantundem expetatur.*

CON-

## CONDITA.

Radicum, Caulium, Corticum, Florum, Fructuum, Pulparum.

*Radicum Eryngii q. v.*

Mudentur exterius, coquantur in sufficienti quantitate aquæ ad mollitiem Radicum, in decocto dissolve

*Sacchari albissimi pondus æquale.*

Et coque ad consistentiam Syrupi crassioris, auferendo spumam, & postquam refrixerit adde Radices, & post aliquot dies decantetur Syrupus, & recoquatur ad debitam Syrupi consistentiam, & Radicibus adde dum adhuc calet; & si superflua sit humiditas etiam tertio Syrupus recoquendus est.

His non multum dissimiliter condiuntur.

Radices	{	<i>Acori vulgaris,</i>
		<i>Angelice,</i>
		<i>Borraginis,</i>
		<i>Buglossi,</i>
		<i>Cichorii,</i>
		<i>Enulæ Campanæ,</i>
		<i>Pimpinellæ,</i>
		<i>Satyrii,</i>
		<i>Sisari,</i>
		<i>Symphyti majoris,</i>
<i>Scorfonæræ, &amp;c.</i>		

*R. Corticum Aurantium recentium q. v.*

Tenuiter aufer interiorem partem albicantem, & in aqua fontana macera, & coque donec leniter mollescant, tum procedatur

D datur

50 PHARMACOPOEA  
datur ut de *Radicibus Eryngii* dictum est.

Pari modo parantur:

*Cortices* } *Citriorum*,  
              } *Limonum*, &c.

### CONSERVÆ ET SACCHARATA.

*Herbarum Absinthii utriusque*,

*Acetoselle*,

*Florum Aurantiorum*,

*Calendule*,

*Borraginis*,

*Violarum*,

*Salvia*,

*Rosarum rubrarum*,

*dumascenarum*,

*Rorismarini* &c.

Ex his omnibus fiunt Conservæ cum  
Sacchari albissimi triplâ proportionem no-  
tandum tamen quod humidioribus singulis  
libris Sacchari libræ duæ sufficiant.

### TRAGEMATTA.

Tabellæ Aromatici Rosati.

℞. *Specierum Aromatici Rosati* drach. II.  
*Sacch. albissimi aqua Rosar. soluti* Unc. IV.  
Misce f. f. a. Tabellæ.

Tabellæ Diacodii.

℞. *Seminum Papaveris albi* Unc. I.  
Extrahatur f. a. emulsio cum  
*Aquarum Rosarum*. &  
*Scabiosæ an.* Unc. I. β. cui adde  
*Sacchari albi conglobati* Unc. IV.

Coque

BRUXELLENSIS. 51  
Coque f. a. continuò movendo ad con-  
sistentiam Tabellarum.

Saccharum Perlatum.

℞. Sacchari albissimi lib. I.

Aqua Rosarum q. s.

Coquantur in consist. Tabell. sub finem  
coctionis immiscendo

Margarit. præp. ℥ trit. Unc. β.

F. f. a. Tabellæ.



D 2 CLAS.